Lucas <de Padua>: Sermones super epistolas et evangelia

[Köln: Johann Koelhoff], 8. Febr. 1483 Seite 572



concupiscentiam. Augꝯ. Gladio quē
portabas te inimicꝯ cecidit. ꝙ de tuis
viribus presumpsisti. Hec impedimē
ta filiꝯ dei veniens remouit a nobis.
Unde ysa. ix. Jugum oneris eiꝯ. s.
legem mosaycam. ⁊ virgam humeri
eius. scilicet fomitem quo percussus
est homo fugiens a facie dei. ⁊ scep-
trum exactoris eius superastis poten
tiam temptatoris. Unde liberati gra
tias agimus cum psalmista. Libera
sti nos domine de afflictione ⁊c̃.
Propter hanc liberationem depositi
o incarnationis dicitur cogitatio pa-
cis ⁊ non afflictionis.

Notandum tamen in principio hu-
ius euangelij ꝙ dominus tres mor-
tuos legitur suscitasse: ad designandū
ꝙ tria sunt precepta caritas: que duz
transgrediunt᷑ anima moritur. quo-
niam spūs vite est gratia caritatis.

Primuz preceptū est diligere se. quo
niaz sicut ait psalmista. Qui diligit
iniquitatem odit aīam suam. Unde
ad litterā ait beatus bernardꝯ. Ego
aūt dico. odit carnem suā. an nō odit
cui cumulos gehenne mercatur indi
es: ⁊ thesaurizat sibi iram in die iu-
dicij dei. ẜm hoc suscitat lazarum in-
tumulatum. i. impium. sicut dicit᷑ p-
uerbioꝝ. xij. Desideriū impij mo-
numentū est pessimoꝝ.

Secundum est diligere ꝓximum: ut
non offendas ipsuz: maxime per pra
uum exemplum. qm̄ sicut dicit ysa. iij
Corruet vir ad virum. quia vnus
peccat exemplo alterius. ẜm hoc susci
tauit iuuenem qua ledit᷑ ꝓximus

Tercium est diligere deum: ut nō of
fendas oculos maiestatis eiꝯ per pra
uam cogitationem vel affectionem.

quoniaz sicut dicitur Sapientie pri
mo. Peruerse cogitationes separāt
a deo. Bernardus. Singuli illiciti
motus aīme mee singula sunt quedā
in te deus cōuitia. ẜm hoc suscitat pu
ellam in domo remouendo prauam
voluntatē de corde.

Circa huiusmodi suscitatōes sex facta
leguntur.

Primo em̄ dn̄s rogat᷑ a patre yairo.
In quo notandū ꝙ existenti in mor
tali nccāria est oratio aliçꝯ viri iusti:
cum per se nō possit sibi gratiaz ꝓme
reri ꝓpter triplicem rōem.

Prima ratio est indignitatis statꝯ. ꝙ
ille qui est in mortali: indignꝯ est om
ni bono. etiaz pane quo vescitur. sicut
ait augustinus. Et sicut dicit iob. xxx
ipsa vita putatur indignꝯ. sicut miles
qui denegat seruiciū debitū regi suo.
⁊ qd̄ deteriꝯ est transfugando ad ad
uersarios regis: nō solum dignus est
spoliari oibus bonis que tenet a rege
sed etiā plecti capite.

Secunda ratio est. ꝙ ille qui est in
mortali ordinatur ad penā eternam.
vnde cū mereatur iram non pōt me
reri gloriam. Roma. ij. Tribulatō
⁊ angustia in omnē vitam hois ope-
rantis malū. Sap. xv Maloꝝ ama
tores digni sunt morte.

Tercia ratio. ꝙ non hȝ radicē meren
di caritatem. Meritū em̄ est seruiciuz
gratis ⁊ cum dilectione impensum. ẜ
dum homo seruit dyabolo: nō potest
seruire dō. nec opera meritoria habe
re. Math. vij Nō potestis deo serui
re ⁊ mammone.

Quarta ratio est. quia non est dignꝯ
venire per se ante faciem regis quez
offendit. sed per mediatorem potest



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-182/0571
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG